



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXIII. Gebrüder von Wilmersdorf verkaufen dem Kloster Chorin Hebungen
aus Goltze, am 23. August 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

vtriusque partis instantiam Sigillum nostrum huic littere appendimus et appendisse profiteamur in testimonium omnium premissorum. Actum et datum Angermundis, Anno domini M^o XXXIX^o, Sequenti die post festum purificationis virginis gloriose.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives. — Das im Original fehlerhafte Datum ist von moderner Hand durch Einschaltung von CCC^o zwischen M^o und XXXIX^o ergänzt, da die Urkunde der Schreibart nach in diese Zeit zu setzen ist. Eine alte Archivaufschrift setzte sie in das Jahr 1039.

LXXIII. Gebrüder von Wilmerdorf verkaufen dem Kloster Chorin Gebungen aus Golze,
am 23. August 1339.

Nos Henningus, Thidericus et Rudolphus, fratres, dicti de Wilmerstorp, serie presentium recognoscimus publice profitentes, quod urgente importuna instantia nostrorum creditorum vendidimus duos choros siliquis in villa Goltiz religiosis viris domino Abbati et conuentui ecclesie in Choryn de unanimo consensu omnium heredum nostrorum quorum consensus de jure vel de facto fuerat requirendus, pro duodecim marcis Brandenburg. argenti, quas ab eisdem in pleno pondere recepisse profiteamur, Renunciantes omni juri, quod nobis in dictis bonis competeat seu competere videbatur, Quod nec nos nec heredes nostri aut aliquis nomine nostro dicta bona valeat vel debeat impetere vel de eisdem aliquid usurpare. In cujus venditionis clariorem euidenciam presentia ex nostra certa scientia conscribi fecimus nostrorum sigillorum munimine roborantes. Testibus qui huic venditioni aderant fideliter subnotatis, videlicet domino Henrico plebano in Lichteruelde, Coppekone ciue in Euerswolde et Henningo prefecto in villa Goltiz cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o. in vigilia beati Bartholomei apostoli gloriofi.

Aus dem nach dem Original des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gersens Cod. II, 480.

LXXIV. Markgraf Ludwig genehmigt einen von seinem Beamten Marquard Loterbeck zwischen dem Kloster Chorin und der Stadt Eberswalde geschlossenen Vergleich,
am 17. Februar 1340.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ratificauimus, ratificamus et approbauimus et presentibus approbamus decisionem distinctionum terminorum et limitum, supra quibus actio et lis inter honorablem virum fratrem monasterii Chorin abbatem et capitulum ibidem, et vniuersitatem ciuitatis nostre Eberswald pro tempore mouebantur et mote fuerant per strenuum virum Marquardum dictum Loterbeck officiatum nostrum dilectum, qui in hac parte auctoritate nostra suffultus fuerat, deliberate factam, sic quod abbas et conuentus monasterii predicti fluuium dictum, dat Koldewater vulgariter nominatum, cum suis decursibus et meatibus debitis, ipsaque vniuersitas ciuitatis nostre predictae fluuium dictum Rogase cum suis meatibus et decursibus debitis, ultra quem pontem pro